

propositum Lectores a vitiis absterrendi et animandi ad bonum. Atque ejusmodi Narratiunculis alia manus implevit, quidquid membranae per totum Codicem alicubi vacaret.

V. fol. 68. Tractatus asceticus, incipiens: *Multi multa sciunt et seipsos nesciunt.* &c. Adi T. V. Opp. Bernardi supracit. ubi col. 319. inscribitur: *Meditationes piissimae de Cognitione humanae Conditionis*, quas et Bernhardo et Hugoni a S. Vict. tributas invenias, ut *Monitum* praevium docet.

VI. fol. 80. Breviora quaedam, quae colligo: 1) Praescripta menstruatim servandae valetudini. *Januarius* sit specimen. *Janii prima dies et septima fine timeatur.* *Isto mense vinum album bibere ieiunus propter sanguinis infusionem.* *Gingiber, Reum ponticum, Cerifolium vel semen contra frigora et offocationem sepius accipe, et elactuarium ad calefactionem stomachi, et sanguinem non minuas, nec pocionem accipias.* Ita pro ceteris Mensibus. 2) Nomina latina et germanica Avium, Ferarum, Piscium et Arborum, quorum minus nota delibo: *Monedula Thach.* *Mullis Hagilgans.* *Noctua Owil.* *Onocrotalus Hortoub.* *Ortigometra Orbun.* *Palumbes Haitoub.* *Pellicanus Nisigo.* *Sepicetula Lister.* *Sparulus Haselbun.* *Alietus Stochar.* *Aurificeps Isuogil.* *Bubo Owe.* *Capus Walch.* *Cignus Elbiz.* *Cupide Ruuol.* *Cruricule Wergil.* *Felotena Grasmuk.* *Cuculus Gouch.* *Gurgulio Wupil.*

Laoficus Wintwel. *E Feris: Alx Elb.* *Carnus Mard.* *Hyena Eleutes.* *Leopardus Libart.* *Lacerta Egdes.* *Migale Harm.* *Pardus Fard.* *Spinga Mergaiz.* *E Piscibus: Capedo Ahnt.* *Balena Walru.* *Coracinus Rot.* *Rumbus Stur.* *Scaurus Huse.* *Mullus Nas.* *Ex Arboribus: Cornus Lerpoum.* *Carpenus Hagenpoum.* *Lentiscus Eboum.* *Malus Appholter.* *Mirica Haidech.* *Paluirus Hifolter.* *Sauina Seginpoim.* *Sanguinaria Hartrigil &c.* 3) *Prognosticon urinae.* Incipit: *Urina habens croceum colorem abundantiam sanguinis significat &c.* 4) *De uirtutibus (medicis) quarundam herbarum uel radicum.* Germanica latinis mixta. Initium: *Ysop ist gut, ob div geburt stirbet in dem wibe. Trinck si mit warmen wasser, so uert iz uon ir. vnd ist gut von dem stechen, vnd uur den mage sere.* Ita de *Pibenelle, Genciana, Stamwurcz, Shelwurcz, Biboz, Sempb &c.* Et infra: *Anthidotum, quod medici de pireto ad res multas habent, non facile ueritatem eius cuiquam indicant, quamuis facilius plurimum acquirant; est enim res aptissima ad tocus corporis salutem.* *Progegov, Pyrethrum,* unde nos *Bertram* (*Artemisia Dracunculum Lin.*) corrupimus, innui videtur, jam etiam *Italis* antiquioribus nomine *Piretro, Pilatro* usurpatum.

LXXII.

Codex membraneus lat. Sec. U. 59
XIII. Folior. 31. 4. per tres columnas nitidissime exaratus, quarum

rum media tota miniata Textum *Cantici Cantorum* luculentum exhibet, *glossa interlineari* distinctum, laterales vero *glossa Walafredi Strabi* dicta *ordinaria* occupantur. Praefatio ad hanc quidem *Glossam* pertinet, sed ejus membra aliter disposita sunt, quam in Edit. *Bibliorum Glossator.* v. g. *Lugdunensi* 1545. T. III. fol. 354. Incipit enim: *Notandum quod semper sponsa in domo uel in lectulo* &c. quae in Impressis circa finem leguntur. A fol. 29. p. 2. subjuncta est brevis alia *Expositio*, quae tamen a C. I. v. 7. tantum usque ad C. II. v. 3. porrigitur. Succedunt *Concertationes* quaedam theologicae captiosae acuendi ingenii gratia, *Dubia* proposita, *Fabellae* de *Ligno Crucis*, *Fragmenta Martyrologii* &c. omnia levis momenti. Juxta *Fol.* 1. p. 2. Codiculum hunc *Facultati Artium* dedit a. 1457. e *Testamento D. Johannis M. Nicolaus de Hitten-dorff*, quorum neutrum novi.

*Hic fidei meritis uocitatur iure beatus
Legem qui domini meditatur nocte dieque.*

Beatus uir. Seruite domino in timore et exultate ei cum tremore. Et post Ps. X.

*Iuste deus iudex fortis patiensque benignus
In te sperantes muni miserando fideles.*

Domine deus meus. Domine deus meus in te speravi. Et sic deinceps post Ps. XIV. XV. XVI. &c. Psalterio subjuncta sunt reliqua Cantica Biblica cum Hymno Am-

LXXIII.

Codex membraneus lat. Sec. U. 7 partim XIII. partim XIV. Folior. 159. f. continet I. pereleganter scriptam *Isaiae Prophetiam* et rubricis distinctam, lineis inter se distantibus, quo *glossa* recipi possit minutius exarata. Praeunt vero *Loca collecta Hieronymi*, in quibus *Isaiae* fit mentio. Praeter jam dictam *Glossam interlinearem Anselmi Laudun.* utrinque magno nitore in marginibus adstituta est *ordinaria*, quae vulgo *Walafrido Strabo* tribuitur, ut adeo *Exemplar* istud *Biblia nostra glossata* typis edita referat.

II. fol. 122. sequitur manu Sec. XIV. per duas columnas exaratum charactere luculento *Psalterium*, in quo id peculiare, quod passim inter *Psalms* *Notae* musicae insertae sint, iisque *Textus* quidam subpositus. Ita post *Ps. VI.* cantare jubemur:

brofii, Symbolo dicto *Athanasii*, et *Litaniis OO. SS.* quos inter cum invocetur *Colomannus*, Codicem in *Austria* scriptum fuisse vix dubium est, cumque bis pro *Magistro*